Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift

fugiens ab herode deduc in egyptum. iterum remans p herodis mortem de
duc in terram israel. ne tu metuens accipere mariam coniugem tuam. Coniugem au
diens non expauescas. non conturberis. nec tu. nec quisq; sequentium. usq;
in consummationem seculi. Coniugem eam dico. propter ut diabolo uirginitatem
eius occultem. ut iudex praeuaricationem excludam. atq; decem. ut legis institutio ñ
destruam. et in consequentibus demonstrabo. quod ista nec tua coniunx secdm
consuetudinem coniugii habetur. nec iste qui generatur tuus filius
esse creditur. Quod enim in ea nascetur. de spiritu sancto est. Quia secundum eo
operatorem huius nativitatis spiritus sanctus est. Natus unigenitus filius quia ante secula
ineffabiliter ex solo patre natus est. ante secula propinquante fine. ex voluntate
patris. in humano corpore sancto cooperante spiritu unitus homines venit. Iste
est de quo scriptura pnunciauit dicens. Puer natus est nobis. et filius da
tus est nobis. Patris et enim unigenitus filius ex uirgine generatus est. ut illam
uirginem priorem eam quae ceciderat. iterum renouaret atq; erigeret. et qui
per praua uoluntatem filii effecti fuerant diaboli. per adoptionem gratiae filios
efficiat dei. Parie inquit filium. et uocabis nomen eius ihm. Ipse enim generat
et tu hunc genitum uocabis ihm. qd interpretatur saluator. Ipse enim saluum
faciet ppm suum a peccatis eorum. Vocabis autem nomen eius hoc qd fuit. qd ante
secula nominatum est. Non tu eis ponens nomen. nec extra a uocabulum consti
tuens. sed nomina et uocat exultando ihm. id est. saluatorem. saluatorem eum
esse testatur. nec extempore cepisse saluare. sed iam antiquissimum saluatorem.
Ipse enim saluum faciet ppm suum a peccatis eorum. Duo enim phoc ubi pcla
ra designantur. qd et ds fuerit et dns [illegible] ante incarnationem xps. et qd
ppls eius ab ipso saluandus iam tunc annunciabatur. et idcirco dictum est.
ipse saluum faciet ppm suum a peccatis eorum. Ipse uero ds. dei enim est uirtus a pec
cato saluare. ut peccata dimittere. Iste ergo filius dei habens ppm suum ip
sum uenit ut dictum est liberare a peccatis atq; saluare. siue ex iudaeis siue
ex gentibus. De quo ipse iam per phetam fuerat eloquium dicens. Dns dixit